
Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio Thuringorum lantgravius et Saxonie comes palati-
nus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum pium propositum ac fervens deside-
rium habeamus in hiis omnibus promovendis que ad cultum dei pervenire poterunt ampliandum, vale-
t ratione convenienti iudicat ut eadem per scripta testimonia adeo firmiter roborentur, ne processu temporis
oblivionis caligine accedente malorum ingenio infringi valeant aliquatenus aut mutari. Hinc est quod
esse volumus tam presentibus quam futuris quod illos quatuor mansos sitos in villa Baschewiz quos
Prosborus et Meniko a domino Cunrado de Lupe tenuerunt et resignaverunt eidem et quos idem miles
a nobis tenuit iure feodali et nobis similiter resignavit, ad instantiam dicti militis mansos
memoratos cum omnibus pertinentiis ad eosdem pratis pascuis lignis et aliis utilitatibus ecclesie
Vallis sancte Marie apud Mugelin et sanctimonialibus ibidem deo pure famulantibus ob reverentiam
beate genitricis virginis Marie in cuius honore dicata est semper voluimus inserviri iure pro-
prietatis solummodo in perpetuum possidendos. Ut autem huiusmodi nostra donatio stabilis in
posterum maneat atque firma super eo dari iussimus in testimonium presens scriptum nostri sigilli
munimine roboratum. Datum Suselitz anno domini M° CC° LXIII° III nonas Januarii.
[illegible] [illegible] [illegible] dapifer Albertus de Burne
Huius rei testes sunt [illegible] Nicolaus scriptor et Cristanus de Buntense et
Rodolfus de Lupe, Johannes scriptor

Tafel 16: Markgraf Heinrich von Meißen für das Kloster St. Marienthal (in Sornzig) bei Mügeln, 1263 Januar 3 (Nr. 218)